



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Gallia Vindicata, In Qua Testimoniis Exemplisque  
Gallicanæ Præsertim Ecclesiæ, Quæ Pro Regalia, Ac  
Quatuor Parisiensibus Propositionibvs A Ludovico  
Maimburgo, Alijsque producta sunt, Refutantur**

**Sfondrati, Celestino**

**[Ort nicht ermittelt], MDCLXXXVIII.**

18. Epistola Ejusdem ad Cardinalem Bonzium Archiep. Narbon.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38277**

## Documentum XVIII.

Epistola Episcopi Alectensis ad Eminentissimum  
Cardinalem Petrum de Bonzy Archiepiscopum  
Narbonensem.

8. Julij Anno 1675.

**B**ini eventus, qui paucos ante dies Apamensem Ecclesiam turbavere, impulerunt me, ut ad Comitia Generalia Parisijs congregata litteras darem, measque illic querelas deponerem. Unus est Tholosani cuiusdam Clerici, qui titulo Regaliae unam ex Ecclesiæ nostræ Cathedralis Dignitatibus obtinuit, ejusque Beneficij possessionem cepit. Alter verò Carcassonensis Clerici, cuius provisionem aquæ titulo Regaliae obtentam Vicarius Generalis Mirepicenfis ratam habuit, quam tamen constabat & à me rejectam fuisse, & à D. Dumas Vicario Generali Eminentia Vestra. Quia verò utrūque hoc factum ad publicam quietem, ac utilitatem spectat, & præsertim Narbonensem Ecclesiam tangit, cui præest Eminentia Vestra, credidi mearum esse partium, Eam omnium, quæ occurrunt, reddere certorem. Et quidem nunquam opportunior se obtulit occasio, quam quæ modò affulget; cum nemini dubium sit, Episcopis, qui ad Comitia Generalia convenere, non modò justissimos titulos, verùm etiam auctoritatem suppeteret, efficaciter magnoque cum fructu in hac causa laborandi; quod si modò facere omittant, verendum est, ne malum irreparabile evadat, ac remedij expers. Idipsum DD. Episcopis de Montpellier, & de Beziers hujus Provincie Deputatis per litteras insinuandum duxi, à quibus plura, quæ ad hujus causæ statum ac necessitatem pertinent,

Eminentia

Eminetia Vestra intelliget. Cui ego à DEO gratiam, lu-  
ménque exposco, ea omnia intelligendi, peragendique,  
quæ ad maiorem ejus gloriam, ac Ecclesiæ Suæ utilitatem  
conducere poterunt, ac pari reverentiæ, & sinceri amoris  
sensu in æternum persevero. Alecti 8. Julij 1675.

*Humillimus & Obedientissimus Servus*

Nicolaus Episcopus Alectensis.

## Documentum XIX.

Epistola Illustrissimi ac Reverendissimi Alecten-  
sis ad INNOCENTIUM XI. Pontif. Max. Super Theologiæ  
Moralis, & Regaliæ corruptelis.

3. Julij Anno 1677.

BEATISSIME PATER,

Præstatum ab humilitate nostra, Vestrae in Petri Cathe-  
drām exaltationi, gratulationis ac devotionis officium  
benignè adeò & peramenter exceptit Sanctitas Vestra, ut  
hoc ipso animatus majori cum fiducia iterum ad Illam de  
gravissimis Ecclesiæ Gallicanæ malis, nec nisiab Apostoli-  
ca autoritate & charitate sublevandis, scribere institue-  
rim. Quid epistolæ à pluribus hujusc regni Episcopis ad  
Sedem Apostolicam de perversis recentiorum Casuistar-  
um dogmatibus destinatae nuper acciderit, jam, credo,  
Beatissime Pater, Sanctitas Vestra, tum sui apud Chri-  
stianissimum Regem Nuntij relatione, tum aliorum fortè  
querelis inaudivit. Qua de re pluribus hic agere minimè  
opus fuerit, cùm universam historiæ seriem harum dator  
litterarum auribus vestris referre poterit. Sanè vulnus  
istud Episcopali dignitati inflictum, Beatissime Pater,  
sentiet & graviter nobiscum feret Charitas Vestra omnium

I i

Eccle-